

20. PAULUS *libro V. ad legem Iuliam et Papiam*.—Si palam heres nuncupatus sit, legata autem in tabulis collata fuerint, Iulianus ait, tabulas testamenti non intelligi, quibus heres scriptus non est; et magis codicilli, quam testamentum existimandae sint, et hoc puto rectius dici.

20. PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papias, libro V.*—Si el heredero hubiera sido claramente nombrado de palabra, pero los legados hubieren sido consignados en el testamento, dice Juliano, que no se entiende que son tablas del testamento aquellas en las que no hay heredero escrito; y más bien se han de considerar como codicilos, que como testamento, y esto creo que es lo que se dice con más acierto.

LIBER TRIGESIMUS

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS (1)

[Cf. *Cód. VI. 87. 42. 43. 47. 48.*]

1. ULPIANUS *libro LXVII. ad Edictum*.—Per omnia exaequata sunt legata fideicommissis.

2. IDEM *libro I. Fideicommissorum*.—Scendum est, eos demum fideicommissum posse relinquere, qui testandi ius habent.

3. IDEM *libro IV. ad Sabinum*.—Haec verba testatoris: «quisquis mihi ex suprascriptis heres erit», aut: «si heres erit Seius», vel: «si hereditatem adierit», subiectum legatum vel fideicommissum non faciunt conditionale.

4. IDEM *libro V. ad Sabinum*.—Si quis in fundi vocabulo erravit, et Cornelianum pro Semproniano nominavit, debetur Semproniano; sed si in corpore erravit (2), non debetur. Quodsi quis, quum vellet vestem legare, suppellectilem adscripsit, dum putat suppellectilis appellatione vestem contineri, Pomponius scripsit, vestem non deberi, quemadmodum si quis putet, auri appellatione electrum vel auricalcum contineri, vel quod est stultius, vestis appellatione etiam argentum contineri. Rerum enim vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilia.

§ 1.—Si quis heredes instituerit et ita legaverit: «quisquis mihi Gallicanarum rerum heres erit, damnas esto (3) dare», ab omnibus heredibus videri legatum, quoniam (4) ad omnes eos res Gallicanae pertinent.

5. PAULUS *libro I. ad Sabinum*.—Servi electio legata, semel duntaxat optare possumus.

§ 1.—Labeo ait, quum certa res aut persona legatur ita: «qui meus erit, quum moriar, heres dato», et communis sit, totum deberi; Trebatium vero respondisse, partem deberi, Cassius scripsit; quod et verius est.

§ 2.—Quum fundus communis legatus sit non

LIBRO TRIGÉSIMO

DE LOS LEGADOS Y DE LOS FIDEICOMISOS

[Véase *Cód. VI. 87. 42. 43. 47. 48.*]

1. ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro LXVII.*—En todo fueron igualados los legados con los fideicomisos.

2. EL MISMO; *Fideicomisos, libro I.*—Se ha de saber, que solamente los que tienen el derecho de testar pueden dejar fideicomiso.

3. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—Estas palabras del testador: «cualquiera que de los arriba escritos fuere mi heredero», ó «si Seyo fuere mi heredero», ó «si adiere la herencia», no hacen condicional el legado ó el fideicomiso expresado.

4. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si alguno erró en el nombre del fundo, y nombró el Corneliano por el Semproniano, se deberá el Semproniano; pero si erró en la cosa, no se deberá. Mas si alguien, queriendo legar un vestido, escribió un ajuar, creyendo que con la denominación de ajuar se comprendía el vestido, escribió Pomponio, que no se debe el vestido, del mismo modo que si uno creyera que con la denominación de oro se comprendía el ámbar ó el auricalco, ó, lo que es más necio, que con la denominación de vestido se comprende también la plata. Porque los nombres de las cosas son inmutables, y variables los de los hombres.

§ 1.—Si alguno hubiere instituido herederos y hecho legados de este modo: «cualquiera que fuere mi heredero de los bienes de las Galias, esté condenado á dar», se considera que se legó á cargo de todos los herederos, porque á todos ellos pertenecen los bienes de la Galia.

5. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro I.*—Legada la elección de un esclavo, solo una vez podemos elegir.

§ 1.—Dice Labeón, que cuando se lega cierta cosa ó persona en esta forma: «déla el que fuere mi heredero, cuando yo muera», y se tuviera en común, se debe la totalidad; pero Cassio escribió, que Trebacio respondió, que se debe la parte; lo que también es más cierto.

§ 2.—Cuando no habiéndose expresado la por-

(1) LIBER PRIMUS., *adiciona Hal.*
(2) *Hal. Vulg.; errabit, et códice Fl.*

(3) *tot, inserta Hal.*
(4) *quando, Hal.*

adiecta portione, sed «meum» nominaverit, portionem deberi constat.

6. IULIANUS libro XXXIII. Digestorum.—«Stichum, qui meus erit, quum moriar, heres meus dato»; magis conditionem legato iniicisse, quam demonstrare voluisse patremfamilias apparet eo, quod, si demonstrandi causa hæc oratio poneretur, ita concepta esset: «Stichum (1), qui meus est», non: «qui meus erit». Sed conditio talis accipi debet, quatenus meus erit, ut, si totum alienaverit, legatum extinguatur, si partem, pro ea parte debeatur, quæ testatoris mortis tempore fuerit.

7. PAULUS libro II. ad Sabinum.—Legatum servo delatum dominus potest repudiare.

8. POMPONIUS libro II. ad Sabinum.—Si ex toto fundo legato testator partem alienasset, reliquam duntaxat partem deberi placet, quia, etiam si adiecisset aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet.

§ 1.—Si ita scriptum sit: «Lucius Titius heres meus, aut Maevius heres meus decem Seio dato», cum utro velit, Seius aget, ut, si cum uno actum sit, et solutum, alter liberetur, quasi si duo rei promittendi in solidum obligati fuissent. Quid ergo, si ab altero partem petierit? Liberum ei (2) erit ab alterutro reliquum petere; idem erit, et si alter partem solvisset.

§ 2.—Si ita legatum sit: «lecticarios (3) octo, aut pro his in homines singulos certam pecuniam, utrum legatarius volet», non potest legatarius partem servorum vindicare, pro parte numos petere, quia unum in alterutra causa legatum sit, quemadmodum si olei pondo quinquaginta, aut in singulas libras certum aes legatum sit, ne aliter observantibus etiam uno homine legato divisio concedatur; nec interest, divisa ea summa, an iuncta ponatur, et certe octo servis, aut pro omnibus (4) certa pecunia legata, non posse invitum heredem partem pecunie, partem mancipiorum debere.

9. IDEM libro III. ad Sabinum.—Id, quod apud hostes est, legari (5) posse, Octavenus scripsit, et postliminii iure consistere.

10. PAULUS libro II. ad Sabinum.—Iulianus, nec a filiofamilias sine iussu patris optari posse, nec ante aditam hereditatem, putat; quod est verum.

11. PAPINIANUS libro IX. Quaestionum.—Quum filiofamilias vel servo alieno legatum vel hereditas datur, fidei committi patris vel domini potest; ac tunc demum ex persona ipsorum fideicommissum

ción se haya legado un fundo común, pero que el testador lo hubiere nombrado «mío», consta que se debe su porción.

6. JULIANO; Digesto, libro XXXIII.—«Dê mi heredero el esclavo Stico, que fuere mío, cuando yo muera»; parece que el padre de familia más bien impuso una condición para el legado, que no que quiso hacer una demostración, por esto, porque si esta oración se pusiera para hacer la demostración, habría sido expresada de este modo. «Stico, que es mío», no «que fuere mío». Pero esta condición se debe entender en cuanto fuere mío, de suerte que, si lo hubiere enajenado todo él, se extinga el legado, y si parte, se deba en aquella porción que fuere del testador al tiempo de su muerte.

7. PAULO; Comentarlos á Sabino, libro II.—El señor puede repudiar el legado dejado al esclavo.

8. POMPONIO; Comentarlos á Sabino, libro II.—Si de todo el fundo legado hubiese enajenado el testador una parte, está establecido que se deba solo la parte restante, porque aunque hubiese agregado alguna cosa á este fundo, el aumento cedería á favor del legatario.

§ 1.—Si se hubiera escrito así: «Dêle ciento á Seyo ó mi heredero Lucio Ticio, ó mi heredero Mevio», Seyo ejercerá su acción contra el que quiera de los dos, de suerte que, si la hubiera ejercitado contra uno, y se hubiera hecho el pago, el otro quede libre, como si dos prometedores se hubiesen obligado solidariamente. Luego, ¿qué se dirá, si á uno le hubiere pedido parte? Que él tendrá libertad para pedirle al otro lo restante; y lo mismo será, también si uno hubiese pagado parte.

§ 2.—Si así se hubiera hecho un legado: «ocho mozos de litera, ó en lugar de estos cierta cantidad por cada hombre, según quiera el legatario», no puede el legatario reivindicar parte de los esclavos, y pedir dinero por la otra parte, porque en uno ú otro caso se legó una sola cosa, así como si se hubieran legado cincuenta libras de aceite, ó cierta cantidad por cada libra, á fin de que á los que lo hicieran de otro modo no se les conceda también la división habiéndose legado un solo esclavo; y no importa que esta cantidad se exprese dividida ó junta, y á la verdad, legados ocho esclavos, ó por todos ellos cierta cantidad, no puede, contra su voluntad deber el heredero parte del dinero, y parte de los esclavos.

9. EL MISMO; Comentarlos á Sabino, libro III.—Escribió Octaveno, que se puede legar lo que está en poder de los enemigos, y que es válido el legado por derecho de postliminio.

10. PAULO; Comentarlos á Sabino, libro II.—Opina Juliano, que no se puede elegir por el hijo de familia sin orden del padre, ni antes de haber sido adida la herencia; lo que es verdad.

11. PAPINIANO; Quaestiones, libro IX.—Cuando á un hijo de familia ó á un esclavo ajeno se le dá un legado ó la herencia, se le puede hacer fideicomiso al padre ó al señor; y entonces el fideicomiso

(1) Hal.; Stichus, el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; cui, el código Fl.

(3) Hal. Vulg.; lecticarios, el código Fl.

(4) hominibus, Hal.

(5) non, inserta Hal.

vires capit, quum ipsis, per quos commodum hereditatis vel legati patri dominove quaeritur, fideicommissum (1) relinquitur. Denique Iulianus non insubtili ratione motus patrem, cuius filius heres institutus est, extero quidem habita ratione legis Falcidia restituere hereditatem respondit, quoniam ex persona filii teneretur; ipsi vero filio non admissa Falcidia, quoniam ex persona sua sibi filius obligari non posset, ac pater non ut heres, sed ut pater rogari videretur (2). Et ideo si filio rogatus sit pater post mortem suam, quod ad se pervenit ex legato vel hereditate filio relictis, restituere, isque vivo patre decedat, omnimodo patrem id retenturum, quoniam fideicommissum ex persona patris vires acceperit.

12. POMPONIUS libro III. ad Sabinum.—Si mihi et tibi eadem res legata fuerit, deinde die legati cedente heres tibi extitero, liberum mihi esse Labeo ait, ex meo legato, an ex eo, quod tibi heres sim, acquiram legatum; si voluero eam rem ex meo legato ad me pertinere, ut tota mea sit, ex hereditario legato petere eam posse Proculus ait.

§ 1.—Si quis servos, quos Gadibus haberet, eo testamento, quod Romae moriens fecerit, triduo, quo mortuus fuerit, heredem dare mihi damnaverit, ratum esse legatum, et angustias temporis nihil legato nocere.

§ 2.—Regula iuris civilis est, quae efficit, ut, quibus ipsis legare possumus, eorum quoque servis legare possimus (3).

§ 3.—In legatis novissimae scripturae valent, quia mutari causa praecedentis legati vel die, vel conditione, vel in totum ademptione potest; sed si sub alia et alia conditione legatum ademptum est, novissima ademptio spectanda est. Interdum tamen in legatis non posterior, sed praecedens scriptura valet; nam si ita scripsero: «quod Titio infra legavero, id neque do, neque lego», quod infra legatum erit, non valet; nam et eum sermonem, quo praesentia legata data in diem proferuntur, ad postea quoque scripta legata pertinere placuit. Voluntas ergo facit, quod in testamento scriptum valeat.

13. IDEM libro IV. ad Sabinum.—Quum incertus homo legatus tibi esset, heres Stichum servo tuo tradidit; Neratius respondit, si voluntate domini tradidit, vel ratum hoc dominus habuerit, perinde eum liberatum, atque si Stichus legatus esset.

14. ULPIANUS libro XV. ad Sabinum.—Si ita sit adscriptum: «si cui legavero bis, semel heres ei dato», vel ut (4) semel debeatur, et eidem duas quantitates adscripserit, vel duos fundos, an utrumque debeatur? Et ait Aristo, unum videri legatum; nam quod ademptum est, nec datum vi-

adquirere fuerza por razón de la persona de los mismos, solamente cuando se les deja el fideicomiso á los mismos por los cuales se adquiere para el padre ó para el señor la utilidad de la herencia ó del legado. Por último, movido Juliano por sutil razón respondió, que el padre, cuyo hijo fué instituido heredero, le restituye la herencia á un extraño, habida ciertamente cuenta de la ley Falcidia, porque se obligaria por la persona de su hijo; pero al mismo hijo, sin admitirse la Falcidia, porque por su propia persona no se le podría obligar el hijo, y el padre parecería que no era rogado como heredero, sino como padre. Y por esto, si se le hubiera rogado al padre que después de su muerte le restituyera al hijo lo que fué á poder de él en virtud del legado ó de la herencia dejados al hijo, y éste falleciera viviendo el padre, esto lo habrá de retener de todos modos el padre, porque el fideicomiso habrá recibido fuerza por la persona del padre.

12. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si á mí y á ti nos hubiere sido legada la misma cosa, y después al correr el término del legado yo hubiere quedado siendo tu heredero, dice Labeo, que tengo libertad para adquirir el legado ó porque se me legó, ó porque soy tu heredero; y si yo quisiere que la cosa me pertenezca por razón de mi legado, para que toda sea mia, dice Próculo, que puedo pedirla en virtud del legado hereditario.

§ 1.—Si alguno hubiere condenado á su heredero, en testamento que al morir hubiere hecho en Roma, á darme dentro de tres días después que hubiere muerto, esclavos que tuviese en Cádiz, el legado es válido, y la premura del tiempo en nada le perjudica al legado.

§ 2.—Hay una regla de derecho civil, que hace, que también podemos hacer legados á los esclavos de aquellos mismos á quienes les podemos legar.

§ 3.—En los legados son válidas las últimas escrituras, porque se puede mudar la causa del legado anterior ó por el término, ó con la condición, ó en su totalidad con la revocación; pero si se revocó un legado bajo una y otra condición, se ha de atender á la última revocación. Pero á veces no es válida en los legados la escritura posterior, sino la precedente; porque si yo hubiere escrito así: «lo que abajo yo legare á Ticio, esto, ni lo doy, ni lo lego», no será válido lo que abajo se hubiere legado; pues se determinó que también aquella cláusula con la que se diferen á término los legados dados de presente, pertenezca asimismo á los legados escritos después. Luego la voluntad hace que sea válido lo escrito en el testamento.

13. EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IV.*—Habiéndosete legado un esclavo incierto, el heredero entregó Stico á tu esclavo; Neracio respondió, que si lo entregó con voluntad del señor, ó si el señor hubiere ratificado esto, queda él libre de la obligación lo mismo que si hubiese sido legado Stico.

14. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—Si se hubiera escrito así: «si á alguno le hubiere yo legado dos veces, déle el heredero una vez», ó como si se debiera una sola vez, y para uno mismo hubiere asignado dos cantidades, ó dos fundos, ¿se deberá una y otra cosa? Y dice Aristón, que se con-

(1) haereditatis, inserta la Vulg.

(2) Hal.; videtur, el códice Fl.

(3) Hal.; possumus, el códice Fl.

(4) ut, omitata Hal.

deri secundum Celsi et Marcelli sententiam, quae vera est.

§ 1.—Sed Papinianus libro nonodecimo Quaestionum ait, et si post legata saepius adscripta idem hoc subiecerit (1), semel praestari velle, et hoc ante impletum testamentum fecerit, ipso iure videri cetera legata adempta; sed quo (2) magis erit ademptum, non enim apparet? Et ait, posse dici, exiguius esse praestandum.

15. PAULUS libro III. ad Sabinum.—Qui quartam partem bonorum legare voluit, dimidiam scripsit; Proculus recte ait, posse defendi quartam legatam, quia inesset (3) dimidia. Idem erit, et si quinquaginta voluit legare, et centum scripta sint, quinquaginta enim debebuntur. Sed et si plus legare voluit, et minus scripsit, valebit legatum.

§ 1.—Si quis unam summam filiabus legaverit, ut etiam de postuma sentiret, si ea non est nata, superstiti solidum debebitur.

16. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Si duobus res coniunctim legata sit, quamvis alter in rerum natura non fuerit, alteri solam partem (4) deberi, puto verum esse.

§ 1.—Heres adiecto (5) nomine cuiusdam, qui heres non sit, dare damnatus, totum legatum debet; nam et si duos ex heredibus suis nominatim quis damnasset, et alter hereditatem non adisset, qui adisset, totum deberet, si pars eius, qui non adisset, ad eum, qui adisset, pervenerit.

§ 2.—Si Titio et postumis legatum sit, non nato postumo totum Titius vindicabit. Sed et si testator Titio et postumis viriles partes dari voluisset, vel etiam id expressisset, totum legatum Titio debetur non nato postumo.

17. ULPIANUS libro XV. ad Sabinum.—Qui filiabus legavit, si mentionem aliqua parte testamenti postumae fecit, videtur in filiarum legato et de postuma sensisse.

§ 1.—Si quis ita legaverit: «si qua filia mihi genitrix (6), ei heres meus centum dato», pluribus natis videtur singulis tantundem legasse; quod ita accipiendum est, nisi evidens sit contraria sententia testatoris.

§ 2.—Si uni ex heredibus fuerit legatum, hoc deberi ei officio iudicis familiae eriscundae, manifestum est; sed etsi abstinerit se hereditate, consequi eum hoc legatum posse, constat;

18. IULIANUS libro XXXI. Digestorum.— et

sidera que se legó una sola cosa; porque lo que se quitó, ni aun parece que se dió, según la opinión de Celso y de Marcelo, la cual es verdadera.

§ 1.—Pero dice Papiniano en el libro décimo noveno de las Cuestiones, que si después de haber asignado muchas veces legados hubiere añadido esto mismo, que quería que se hiciese una sola entrega, y esto lo hubiere hecho antes de haber concluido el testamento, se considera que de derecho quedaron revocados los demás legados; pero ¿cuál habrá sido revocado preferentemente, puesto que no aparece? Y dice, que se puede decir, que se debe entregar el más exíguo.

15. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Uno que quiso legar la cuarta parte de sus bienes, escribió la mitad; y con razón dice Próculo, que se puede defender que fué legada la cuarta parte, por estar comprendida en la mitad. Lo mismo será, también si quiso legar cincuenta, y se hubiese escrito ciento, porque se deberán los cincuenta. Pero también será válido el legado, si quiso legar más, y escribió menos.

§ 1.—Si uno hubiere legado una sola cantidad á sus hijas, como refiriéndose también á una postuma, si esta no nació, se deberá la totalidad á la sobreviviente.

16. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si una cosa hubiera sido legada conjuntamente á dos, aunque uno no hubiere existido, creo que es verdad que al otro se le debe su sola parte.

§ 1.—El heredero condenado á dar, habiéndose añadido el nombre de cualquiera, que no sea heredero, debe todo el legado; porque también si uno hubiese condenado expresamente á dos herederos suyos, y uno de ellos no hubiese adido la herencia, el que la hubiese adido lo debería todo, si la parte del que no la hubiese adido hubiera ido á poder del que la hubiese adido.

§ 2.—Si se les hubiera hecho un legado á Ticio y á los postumos, Ticio lo reivindicará todo no habiendo nacido el postumo. Pero asimismo, si el testador hubiese querido que se le diesen porciones viriles á Ticio y á los postumos, ó también hubiese expresado esto, se le debe todo el legado á Ticio, no habiendo nacido el postumo.

17. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—El que dejó un legado á las hijas, si en alguna parte del testamento hizo mención de la postuma, se considera que en el legado de las hijas también se refirió á la postuma.

§ 1.—Si alguien hubiere hecho un legado de este modo: «si me nace alguna hija, dele ciento mi heredero», habiendo nacido muchas, se considera que legó otro tanto á cada una; lo que se ha de entender de este modo, si no fuere evidente la voluntad contraria del testador.

§ 2.—Si se hubiere hecho un legado á uno solo de los herederos, es evidente, que se le debe este por el ministerio del juez de la partición de herencia; pero consta, que aunque él se hubiere abstenido de la herencia puede conseguir este legado;

18. JULIANO; *Digesto, libro XXXI.*— y cierta-

(1) Según nuestra enmienda; sublocit, el código Fl.

(2) quod, Hal. Vulg.

(3) Hal.; inesse, el código Fl.

(4) Taur. según la escritura original; partem solam, corrección del código Fl., Br.

(5) Conjetura Br. según la escritura del código Fl.; adiecto ei nomine, Taur.

(6) gignitur, Hal.

quidem totum legatum petere potest, quamvis a semet ipso inutiliter ei legatum fuisset.

19. ULPIANUS libro XV. ad Sabinum.—Legata inutiliter data, Papinianus putat libro (1) Quaestionum, confirmari per repetitionem, id est, per hanc scripturam (2) postea forte in codicillis factam: «hoc amplius ei heres meus dato», et diversum esse in illa scriptura: «quas pecunias legavi, quibus dies appositus non est, annua, bima, trima die heres meus dare damnas esto»; non enim hoc egisse testatorem, ut confirmaret, quae inutilia sunt, sed ut diem utilibus prorogaret.

1.—Idem eodem loco et in substituto impuberis (3) scripsit, ut, si fuerit ab impubere inutiliter legatum, substitutus hoc debeat, si hoc amplius legatum ab eo sit relictum aliquid, nec ille patri heres extiterit, et (4) decesserit.

§ 2.—In legato pluribus relicto si partes adiectae non sunt, aequae (5) servantur.

20. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Qui duos servos haberet, et (6) unum ex his legasset, ut non intelligeretur, quem legasset, legatarii est electio.

21. ULPIANUS libro XV. ad Sabinum.—Grege legato, et quae postea accedunt, ad legatarium pertinent.

22. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Si grege legato aliqua pecora vivo testatore mortua essent, in eorumque locum aliqua essent substituta, eundem gregem videri; et si deminutum ex eo grege pecus esset, et vel unus bos superesset, eum vindicari posse, quamvis grex desiisset esse, quem admodum insula legata, si combusta esset, area posset (7) vindicari.

23. PAULUS libro III. (8) ad Sabinum.—Si quis bonorum partem legaverit, ut hodie fit, sine fructibus restituitur, nisi mora intercesserit heredis.

24. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Quod in rerum natura adhuc non sit, legari posse, veluti: «quidquid illa ancilla peperisset», constitit (9), vel ita: «ex vino, quod in fundo meo natum est», vel: «foetus (10) tantum dato».

§ 1.—Si usumfructum habeam, eumque legaverim, nisi postea proprietatem eius nactus sim, inutile legatum est.

§ 2.—Si quis post testamentum factum fundo Titiano legato partem aliquam adiecerit, quam fundo Titiano (11) destinaret, id, quod adiectum est, exigi a legatario potest; et similis est causa alluvionis, et maxime si ex alio agro, qui fuit eius, quum testamentum faceret, eam partem adiecit.

(1) libris, Hal. Vulg.

(2) id est—script., omitenlas otros en Hal.

(3) Taur.; puberis, el código Fl., Br.

(4) extiterit, aut impubes decesserit, Hal.

(5) aequae, Hal.

(6) Vulg.; et, omitela el código Fl.

(7) Hal. Vulg.; possit, el código Fl.

mente puede pedir todo el legado, aunque inútilmente á él se le hubiese dejado el legado á cargo de sí mismo.

19. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—Opina Papiniano en el libro de las Cuestiones, que los legados dados inútilmente se confirman con la repetición, esto es, por esta cláusula acaso puesta después en los codicilos: «déle además esto mi heredero», y que cosa diversa sucede con esta otra cláusula: «las cantidades que legué, para las que no se señaló día, esté condenado mi heredero á darlas dentro del término de uno, dos, tres años»; porque esto no lo hizo el testador para confirmar los legados inútiles, sino para prorrogar el término de los útiles.

§ 1.—Escribió él mismo en el mismo lugar y respecto al substituto de un impúbere, que si inútilmente se hubiere hecho un legado á cargo de un impúbere, lo deba el substituto, si además de esto se hubiera legado á su cargo alguna cosa, y aquel no hubiere sido heredero de su padre, y hubiere fallecido.

§ 2.—Si en el legado dejado á muchos no se hubiesen asignado las partes, estas se hacen iguales.

20. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si el que tuviese dos esclavos hubiese legado uno de ellos, de modo que no se entendiese cuál había legado, la elección es del legatario.

21. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XV.*—Legado un rebaño, también le pertenecen al legatario las cabezas que después se le agregan.

22. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Si habiéndose legado un rebaño hubiesen muerto algunas reses viviendo el testador, y en lugar de ellas hubiesen sido substituidas otras, se considera que este es el mismo rebaño; y si se hubiese disminuido el ganado de este rebaño, y quedase un solo buey, este puede ser reivindicado, aunque haya dejado de haber rebaño, á la manera que, legada una casa, si se hubiese quemado, se puede reivindicar el solar.

23. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Si alguno hubiere legado parte de los bienes, como se hace hoy, se restituye sin los frutos, á no ser que hubiere mediado mora del heredero.

24. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—Fué constante, que se pueda legar lo que no exista todavía, por ejemplo: «lo que hubiese parido aquella esclava», ó así: «del vino que se haya producido en mi fundo», ó «dé tantos fetos».

§ 1.—Si yo tuviera el usufruto, y lo legare, es inútil el legado, si después no hubiera adquirido su propiedad.

§ 2.—Si alguien hubiere agregado después de hecho el testamento, alguna parte al fundo Titiano, que había legado, cuya parte destinase para el fundo Titiano, se puede exigir por el legatario lo que se agregó; y semejante es la causa de aluvión, y principalmente si añadió aquella parte de otro campo, que fué suyo, cuando hacía el testamento.

(8) Taur. según corrección del código Fl.; responsorum, inserta la escritura original, Br.

(9) quidquid illam ancillam peperisse constiterit, Hal.

(10) foetu, Hal.

(11) Hal. Vulg.; fundi Titiani, el código Fl.

§ 3.—Quodsi post testamentum factum ex fundo Titiano aliquid detraxit, et alii fundo adiecit, videndum est, utrumne eam quoque partem legatarius petitor sit, an hoc minus, quasi fundi Titiani esse desierit, quum nostra destinatione fundorum nomina et domus, non natura constituerentur; et magis est, ut, quod alii destinatum est, ademptum esse videatur.

§ 4.—Si navem legavero, et specialiter meam (1) adscripsero, eamque per partes totam refecero carina eadem manente, nihilominus recte a legatario vindicaretur.

25. PAULUS libro III. ad Sabinum.—A filio herede etiam pure patri legari potest, nec interest, an die cedente legati in patris potestate sit. Igitur et si iussu patris adita sit hereditas, imputabitur ei in Falcidiam.

26. POMPONIUS libro V. ad Sabinum.—Non amplius legatorum nomine ad quemquam pertinere videtur, quam quod deducto eo, quod explendae conditionis causa datum esset, superesset.

§ 1.—Si certum corpus heres dare damnatus sit, nec fecerit, quominus ibi, ubi id esset, traderet, si id postea sine dolo et culpa heredis perierit, deterior fit legatarii conditio.

§ 2.—Quum honorum parte legata dubium sit, utrum rerum partes, an aestimatio debeatur, Sabinus quidem et Cassius aestimationem, Proculus et Nerva rerum partes esse legatas existimaverunt. Sed oportet heredi succurri, ut ipse eligat, sive rerum partes, sive aestimationem dare maluerit. In his tamen rebus partem dare heres conceditur, quae sine damno dividi possunt; sin autem vel naturaliter indivisae sint, vel sine damno divisio earum fieri non potest, aestimatio ab herede omnimodo praestanda est.

27. PAULUS libro IX. ad Plautium.—Potest autem heres vel paucioribus, vel in una re relictam partem legatario dare, in quam vel legatarius consenserit, vel iudex aestimaverit, ne necesse haberet legatarius in omnibus rebus vindicare portionem.

28. ULPIANUS libro XIX. ad Sabinum.—Si creditori meo tutus adversus eum exceptione id, quod ei debeo, legem, utile legatum est, quia remissa ei exceptio videtur, sicut Aristo ait, id, quod honoraria actione mihi debetur, si legetur mihi, legatum valere, quia civilis mihi datur actio pro honoraria.

§ 1.—Marcellus libro vicesimo octavo (2) putat, rem, quam ex stipulatu mihi debes, si legaveris, utile esse legatum, ut neque Falcidia hoc minuat.

29. PAULUS libro VI. ad legem Iuliam et Papiam.—Sin autem neque modo, neque tempore,

(1) eam, *Hal. Vulg.*

§ 3.—Pero si después de hecho el testamento separó algo del fundo Ticiano, y lo agregó á otro fundo, se ha de ver, si el legatario haya de pedir también esta parte, ó ella menos, como si hubiere dejado de ser del fundo Ticiano, puesto que los nombres y las casas de los fundos se constituyen por determinación nuestra, no por la naturaleza; y es más cierto, que se considere quitado lo que se destinó para otro.

§ 4.—Si yo hubiere legado una nave, y especialmente hubiere escrito que era mía, y por partes la hubiere rehecho toda ella subsistiendo la misma quilla, con razón será, no obstante, reivindicada por el legatario.

25. PAULO; *Comentarios á Sabino, libro III.*—Al padre se le puede legar también puramente á cargo del hijo heredero, y no importa si al correr el término del legado está bajo la potestad del padre. Así, pues, también si hubiere sido adida la herencia por orden del padre, se le contará para la Falcidia.

26. POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro V.*—No se considera que por razón de legados le pertenece á alguien algo más que lo que quedase después de deducido lo que se hubiese dado para cumplir la condición.

§ 1.—Si el heredero hubiera sido condenado á dar una cosa cierta, y no hubiere hecho por no entregarla allí donde ella estuviese, si después hubiere perecido sin dolo ni culpa del heredero, se hace peor la condición del legatario.

§ 2.—Siendo dudoso, si, legada parte de los bienes, se deben partes de las cosas, ó su estimación, Sabino y Cassio opinaron ciertamente, que se había legado la estimación, y Próculo y Nerva, que partes de las cosas. Pero se le debe amparar al heredero, para que él mismo elija si prefiere dar partes de las cosas, ó si su estimación. Mas se concede que el heredero dé la parte en aquellas cosas, que se pueden dividir sin daño; pero si naturalmente estuvieran indivisas, ó no se puede hacer sin daño su división, se debe pagar en todo caso por el heredero la estimación.

27. PAULO; *Comentarios á Plautio, libro IX.*—Mas puede el heredero darle al legatario la parte que se le dejó, ó en menos cosas, ó en una sola, sobre la que ó el legatario hubiere consentido, ó el juez hubiere determinado, para que no tenga necesidad el legatario de reivindicar su porción en todas las cosas.

28. ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XIX.*—Si, estando yo seguro contra él con una excepción, le legara á mi acreedor lo que le debo, el legado es útil, porque se le considera remitida á aquel la excepción, pues según dice Aristo, si se me legara lo que se me debe por acción honoraria, es válido el legado, porque se me da la acción civil en lugar de la honoraria.

§ 1.—Opina Marcelo en el libro vigésimo octavo, que si me hubieres legado la cosa que me debes por estipulación, es útil el legado, de suerte que ni lo disminuya la Falcidia.

29. PAULO; *Comentarios á la ley Julia y Papia, libro VI.*—Mas si ni por el modo, ni por el

(2) quæstionum, *insertan Hal. Vulg.*

neque conditione, neque loco debitum differatur, inutile est legatum.

30. ULPIANUS libro XIX. ad Sabinum.—Talis scriptura: «quas pecunias legavi, quibus dies appositus non est, eas heres meus annua, bima, trima die dato», ad corpora legata non pertinet, sed ad ea, quae pondere, numero, mensura continentur.

§ 1.—Et ad ea tantum legata pertinet, quibus dies non est appositus; proinde si forte pure legatum est, ex hac adiectione prorogabitur.

§ 2.—Quid, si forte centum mihi legata sunt praesentia, utrum annua (1) die dabuntur, an vero praesentia? Et ait Servius et Labeo, in (2) praesens deberi. Quamvis igitur supervacua sit haec adiectio, quantum ad vim et effectum legati pertinet, tamen ad hoc proficiet, ut praesenti die legatum debeat.

§ 3.—Sed si in annos singulos aut singulos menses sit legatum relictum, cessabit ea scriptura, quia hoc legatum et initium, et finem habet.

§ 4.—Sed et si sub conditione sit legatum relictum, potest dici, cessare annuam adiectionem, quia dies incertus appellatur conditio.

§ 5.—Cui congruit, quod Trebatius existimat, si cui legetur, quando annorum viginti erit, vulgarem hanc clausulam cessare.

§ 6.—Item si legetur pecunia, quae in arca est, vel vinum, quod in apothecis est, dicendum est, cessare clausulam, quoniam, quoties species legetur, cessare diximus.

§ 7.—Hanc autem scripturam non solum ad praecedentia sola legata, sed ad universa, quae testamento adscripta sunt, extendi, Gallus Aquilius, Ofilius, Trebatius responderunt; idque verum est.

31. PAULUS libro III. ad Sabinum.—Sed etiam ad ea, quae codicillis confirmatis postea legata fuerint, haec clausula pertinet.

32. ULPIANUS libro XX. ad Sabinum.—Si quis a filio pupillo herede instituto, quum is in tutelam suam venisset, pecuniam legaverit, et a substituto herede legata repetierit (3), impubere filio mortuo secundus heres legatum non debet; quod ita verum esse tam Sextus, quam Pomponius putant, si repetitio legatorum ad eum modum concepta sit, veluti: «quae a filio meo legavi, quaeque eum dare iussi, si mihi heres esset, id heres meus iisdem diebus dato». Sed si ita repetita fuerint: «quae a filio meo legavi, heres meus dato», pure repetita videbuntur legata, et duntaxat demonstratio eorum facta; igitur et hoc ipsum legatum, de quo quaeritur, praesens debetur.

§ 1.—Si quis plures Stichos habens Stichum legaverit, si non apparet, de quo Sticho sensit, quem elegerit, debet praestare (4).

tiempo, ni por la condición, ni por el lugar se diferenciase lo debido, es inútil el legado.

30. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XIX.—Esta cláusula: «las cantidades que legué, para las que no se ha fijado día, délas mi heredero en el término de uno, dos, tres años», no se refiere á las cosas corpóreas legadas, sino á las que se contienen en peso, número y medida.

§ 1.—Y se refiere solamente á aquellos legados para los que no se fijó día; por lo cual, si acaso se hizo puramente el legado, se prorogará por esta adición.

§ 2.—¿Qué se dirá, si acaso se me legaron ciento de presente, se me darán dentro del término de un año, ó de presente? Y dicen Servio y Labeón, que se deben de presente. Así, pues, aunque sea supérflua esta adición, en cuanto se refiere á la fuerza y al efecto del legado, aprovechará, sin embargo, para esto, para que se deba el legado en el presente día.

§ 3.—Pero si el legado hubiera sido dejado para cada año ó cada mes, dejará de serle aplicable esta cláusula, porque este legado tiene principio y fin.

§ 4.—Pero también si el legado hubiera sido dejado bajo condición, se puede decir, que deja de ser aplicable la adición relativa al año, porque el día incierto se llama condición.

§ 5.—A lo cual es consiguiente lo que opina Trebatio, que si á alguno se le legase para cuando fuere de veinte años, deja de ser aplicable esta cláusula vulgar.

§ 6.—Asimismo, si se legara el dinero, que hay en la caja, ó el vino, que hay en las despensas, se ha de decir, que no tiene aplicación la cláusula, porque hemos dicho que no tiene aplicación cuando se legue una especie.

§ 7.—Pero respondieron Galo Aquilio, Ofilio, y Trebatio, que esta cláusula no se extiende únicamente á los solos legados precedentes, sino también á todos los que se escribieron en el testamento; y esto es verdad.

31. PAULO; Comentarios á Sabino, libro III.—Pero esta cláusula es aplicable también á las cosas que hubieren sido legadas después en codicilos confirmados.

32. ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XX.—Si uno hubiere legado una cantidad, á cargo del pupilo instituido heredero, cuando este hubiese llegado á su propia tutela, y hubiere repetido los legados á cargo del heredero substituido, habiendo fallecido impúbero el hijo, el segundo heredero no deberá el legado; lo cual opinan tanto Sexto como Pomponio que es así verdad, si la repetición de los legados hubiera sido concebida de este modo, por ejemplo: «lo que legué á cargo de mi hijo, y lo que le mandé que diera, si fuese mi heredero, délo en los mismos días mi heredero». Pero si hubieren sido repetidos así: «lo que legué á cargo de mi hijo, délo mi heredero», se considerarán repetidos puramente los legados, y hecha solamente la demostración de los mismos; así, pues, también se deberá de presente este legado de que se trata.

§ 1.—Si teniendo alguien muchos Sticos hubiere legado un Stico, si no aparece de qué Stico habló, debe entregar el que hubiere elegido.

(1) bima, trima, insertan Hal. Vulg.

(2) Hal.; in, omitela el códice Fl.

(3) Hal. Vulg.; repetierat, el códice Fl.

(4) praestari, Hal.

§ 2.—Si parti civitatis aliquid sit relictum, quod ad ornatum vel compendium Reipublicae spectat, sine dubio debebitur.

33. PAULUS libro III. Regularum.—Si pluri- bus eadem res legata fuerit, siquidem coniun- ctim, etiam si alter vindicet, alter ex testamento agat (1), non plus, quam partem habebit is, qui ex testamento aget. Quodsi separatim, si quidem evidentissime apparuerit, ademptione a priore lega- tario facta ad secundum legatum (2) testatorem convolasse, solum posteriorem ad legatum perve- nire placet; sin autem hoc minime apparere potest, pro virili portione ad legatum omnes venire, scilicet nisi ipse testator ex scriptura manifestissimus est, utrumque eorum solidum accipere voluisse; tunc enim uni pretium, alii ipsa res assignatur elec- tione rei, vel pretii servanda ei, qui prior de lega- to sive fideicommissio litem contestatus est, ita tamen, ut non habeat licentiam altero electo ad alterum transire.

34. ULPIANUS libro XXI. ad Sabinum.—Plane ubi transferre voluit legatum in novissimum, prio- ri non debetur, tametsi novissimus talis sit, in cuius persona legatum non constitit; at si coniun- cti disiunctive (3) commixti sint, coniuncti unius personae potestate funguntur.

§ 1.—Si eadem res saepius legetur in eodem te- stamento, amplius, quam semel peti non potest, fufficitque vel rem consequi, vel rei aestimationem.

§ 2.—Sed si duorum testamentis mihi eadem res legata sit, bis petere potero, ut ex altero testa- mento rem consequar, ex altero aestimationem.

§ 3.—Sed si non corpus sit legatum, sed quanti- tas eadem in eodem testamento saepius, Divus Pius rescripsit, tunc saepius praestandam sum- mam, si evidentissimis probationibus ostendatur, testatorem multiplicare (4) legatum voluisse. Idem- que et in fideicommissio constituit; eiusque rei ratio evidens est, quod eadem res saepius praestari non potest, eadem summa volente testatore multiplica- ri potest.

§ 4.—Sed hoc ita erit accipiendum, si non cer- tum corpus numerorum saepius sit relictum, utputa centum, quae in arca habet, saepius legavit, tunc enim fundo legato esse comparandum credo.

§ 5.—Sed si pondus auri vel argenti saepius sit relictum, Papinianus respondit, magis summae legato comparandum; merito, quoniam non species certa relicta videatur.

§ 6.—Proinde et si quid aliud est, quod ponde- re, numero, mensura continetur, saepius relictum, idem erit dicendum, id est, saepius deberi, si hoc testator voluerit (5).

§ 7.—Quodsi rem emissem mihi legatam, usque

(1) *Hal.*; aget, *la Vulg.*

(2) legatarium, *Hal. Vulg.*

(3) disiunctive, *Hal. Vulg.*

§ 2.—Si á parte de la ciudad se le hubiera deja- do alguna cosa, que respecta al ornato ó á prove- cho de la República, sin duda se deberá.

33. PAULO; *Reglas, libro III.*—Si á muchos hu- biere sido legada la misma cosa, si conjuntamente, aunque uno la reivindique, y otro ejercite la ac- ción del testamento, el que ejercitare la acción del testamento no tendrá más que su parte. Pero si se- paradamente, y apareciere evidentísimamente, que con la revocación hecha respecto al primer legata- rio el testador se dirigió al segundo legado, se de- termina que solamente el segundo llegue á obte- ner el legado; mas si de ningún modo puede verse esto, todos entran en el legado por una porción viril, por supuesto, si el mismo testador no mani- festó por escrito que quiso que cada uno de ellos recibiese la totalidad; porque entonces se le asig- na á uno el precio, y á otro la cosa misma, debién- dosele reservar la elección de la cosa, ó del precio, al primero que contestó la demanda sobre el lega- do ó sobre el fideicomiso, pero de suerte, que no tenga facultad, habiendo elegido una cosa, para inclinarse á la otra.

47. [49.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXII*.—Cuando se legó una cosa, si verdaderamente fué propia del testador, y la tiene á su disposición el heredero, no debe causar mora, sino entregarla. Pero si la cosa estuviera en otra parte que allí donde se pide, es ciertamente sabido en primer lugar, que debe ser entregada allí donde fué dejada, si el testador no quiso que en otra parte; porque si quiso que en otra parte, ha de ser entregada allí donde quiso el testador, ó donde es verosímil que él quiso; y así lo escribió Juliano, tanto respecto á los legados propios, como á los ajenos. Pero si fué dejada en un punto, y fué trasladada á otro por el heredero con dolo malo suyo, si no fuese entregada donde se pide, el heredero será condenado por razón de su dolo; mas si sin dolo, será entregada allí donde la trasladó.

§ 1.—Pero si se pidiera cosa que se contiene en peso, número ó medida, si verdaderamente se legó una cosa cierta, por ejemplo, el trigo de aquel granero, ó el vino de aquella despensa, será entregada allí donde se dejó, si no fué otra la intención del testador; pero si no fué una especie cierta, se habrá de entregar allí donde se pide.

§ 2.—Así, pues, si hubiera sido legado Stico, y no pareciese por culpa del heredero, deberá entregar su estimación; pero si no medió culpa ninguna, debe dar caución el heredero para la restitución del esclavo, pero no entregar su estimación. Mas si el esclavo ajeno estuviera fugitivo sin culpa del heredero, se puede decir lo mismo, porque también se puede contraer culpa respecto al ajeno; pero se dará caución de este modo, que si hubiere sido cogido, será entregado ó él mismo, ó su estimación; lo que también es constante respecto al esclavo cogido por los enemigos.

§ 3.—Pero si fuese legado Stico ó Pánfilo, y uno de ellos estuviera ó fugitivo, ó en poder de los enemigos, se habrá de decir, que se entrega el presente, ó la estimación del ausente; porque se le ha de dejar al heredero la elección, siempre y cuando no ha de causarle mora al legatario. Por cuya razón, se determinó, que también si uno de los dos hubiere fallecido, se haya de entregar de todos modos el otro, ó acaso el precio del que murió. Pero si ambos estuviesen fugitivos, no se ha de dar caución de este modo, si ambos volviesen bajo la potestad, sino si uno de los dos, y se habrá de entregar ó este mismo, ó la estimación del ausente.

§ 4.—Asimismo, si la cosa ajena ó de la herencia hubiere perecido sin culpa del heredero, ó no

(1) absque mora. Qua intercedente, usuras et omnem utilitatem praestandam Sabinus ait, insertan acertadamente Hal. Vulg.

(2) Idem et in aliis in rem actionibus Iulianus putat, insertan acertadamente Hal. Vulg.

(3) Hal. Vulg.; potestate, el código Fl.

plius, quam cavere eum oportebit; sed si culpa heredis res perit (1), statim damnandus est.

§ 5.—Culpa autem qualiter sit aestimanda, videamus, an non solum ea, quae dolo proxima sit, verum etiam quae levis est, an numquid et diligentia quoque exigenda est ab herede? quod verius est.

§ 6.—Item si fundus chasmate perierit, Labeo ait, utique aestimationem non deberi; quod ita verum est, si non post moram factam id evenerit, potuit enim eum acceptum legatarius vendere.

48. [50.] POMPONIIUS libro VI. ad Sabinum.—Si heredis servus rem legatam ignorante domino subtraxisset et vendidisset, Atilicinus, in factum dandam actionem, ut vel noxae servum dederet dominus, vel ex peculio praestaret, quod ex venditione eius rei haberet.

§ 1.—Si unus ex heredibus servum legatum occidisset, omnino mihi non placet, coheredem tenere, cuius culpa factum non sit, ne res in rerum natura sit.

49. [51.] ULPIANUS libro XXIII. ad Sabinum.—Si cui legetur: «quum quatuordecim annorum erit», certo iure utimur, ut tunc sit quatuordecim annorum, quum impleverit; et ita Imperatorem decrevisse Marcellus (2) scripsit.

§ 1.—Ergo quum esset sic relictum: «quum ad quartum decimum annum pervenisset, annua, bima, trima die», et decem et septem annorum mortis tempore inveniatur, praesens legatum erit; proinde si quindecim annorum, consequenter dicemus, post biennium deberi, si sedecim, post annum debetur; si menses desint ad septimum decimum annum, residuis mensibus debetur. Haec ita, si putans, minorem esse quatuordecim annorum, quum iam excessisset, sic legavit, si vero scit, triennium ad legati praestationem ex die testamenti facti numerabimus.

§ 2.—Hoc autem legatum et conditionale est, et in diem; conditionale tamdiu, quamdiu quartusdecimus annus sit completus, postea in diem.

§ 3.—Et ideo, si quidem ante quartumdecimum annum decesserit, ad heredem nihil transit, certe postea ad heredem transfert (3). Quodsi testamenti facti tempore minor quatuordecim annis filius inveniatur, puto tempus «annua, bima, trima die» praestationis ex die completi quartidecimi anni statim cedere, nisi evidens alia mens probaretur testatoris aliud sentientis.

§ 4.—Si Titio decem, quae ego debeo, legavero, et rogavero, eadem creditori praestare, fideicommissum quidem in creditoris persona non valet, quia nihil eius interest, heres vero potest cum legatario agere, quia ipsius interest creditori solvi, ne eum conveniat; ergo propter hoc valebit legatum.

pareciese, este no deberá hacer más que dar caución; pero si la cosa pereció por culpa del heredero, debe ser condenado desde luego.

§ 5.—Pero veamos cómo se haya de estimar la culpa, ¿acaso no solamente la que esté próxima al dolo, ó también la que es leve, ó quizá se ha de exigir también del heredero la diligencia? Y esto es más cierto.

§ 6.—Asimismo, si un fundo hubiere perecido por hundimiento, dice Labeón, que ciertamente no se debe su estimación; lo que es así verdad, si esto no hubiere sucedido después de causada la mora, porque pudo el legatario venderlo habiéndolo recibido.

48. [50.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro VI.*—Si un esclavo del heredero hubiese substraído y vendido la cosa legada ignorándolo su señor, dice Atilicino, que se ha de dar la acción por el hecho, para que ó el señor dé el esclavo por el daño, ó pague del peculio lo que tuviese por la venta de aquella cosa.

§ 1.—Si uno de los herederos hubiese matado el esclavo legado, en manera ninguna me parece bien que quede obligado el coheredero, por culpa de quien no se haya hecho que la cosa no exista.

49. [51.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXIII.*—Si á alguno se le legara: «cuando fuere de catorce años», usamos de este derecho cierto, [que entonces sea de catorce años, cuando los hubiere cumplido; y así escribió Marcelo que lo decretó el Emperador.

§ 1.—Luego cuando así se hubiese dejado una cosa: «en el término de uno, de dos, de tres años, cuando hubiese llegado al décimo cuarto año», y se hallara que es de diez y siete años al tiempo de la muerte, el legado será de presente; por lo cual, si de quince años, diremos consiguientemente que se debe después de dos, y si de diez y seis, se deberá después de un año; si faltaran meses para los diez y siete años, se deberá transcurridos los meses. Esto es así, si juzgando que es menor de catorce años cuando ya los hubiese cumplido, le legó de esta manera; pero si lo sabe, contaremos los tres años para la prestación del legado desde el día en que se hizo el testamento.

§ 2.—Mas este legado es condicional, y á término; condicional, hasta tanto que se haya cumplido el décimo cuarto año, y después, á término.

§ 3.—Y por esto, si verdaderamente hubiere fallecido antes del décimo cuarto año, nada pasa al heredero, y si después, lo transfiere ciertamente al heredero. Pero si se hallara que el hijo es menor de catorce años al tiempo de haberse hecho el testamento, yo creo que el tiempo, «dentro del término de uno, de dos, de tres años», para la prestación corre inmediatamente desde el día en que se cumplieron los catorce años, si no se probase que fué evidentemente otra la intención del testador, que quiso otra cosa.

§ 4.—Si yo le hubiere legado á Ticio los diez que yo debo, y le hubiere rogado que se los entregue al acreedor, no es válido el fideicomiso, ciertamente en cuanto á la persona del acreedor, porque nada le interesa, pero puede el heredero ejercitar la acción contra el legatario, porque á él mismo le interesa que se pague al acreedor, para que á él no le demande; luego por esto será válido el legado.

(1) Según nuestra enmienda; perit, el código Fl.

(2) Martianus, Hal.

(3) transfertur, Hal.

§ 5.—Sed si testator decem mihi sub fideiussore debuit, fideicommissi petitio non solum heredi, sed et fideiussori competit, interest enim eius, (1) solvi mihi, quam ipsum conventum mandati actionem intendere, nec interest, solvendo sit, nec ne.

§ 6.—Iulianus libro trigesimo (2) nono Digestorum scribit (3), si fideiussor creditori legasset, quod ei deberet, an legatum valeret; et ait, creditoris quidem nihil interesse, verum debitorem habere ex testamento actionem; interest enim ipsius liberari, quippe conveniri a fideiussoris herede non poterit.

§ 7.—Quodsi idem fideiussor Titio leget, et fidei eius commiserit, ut creditori solvat, et debitor, et fideiussoris heres agere cum Titio ex causa fideicommissi poterunt, quia utriusque interest legatarium solvere.

§ 8.—Meminisse autem oportet, eum, qui damnatur (4) fundum vendere, non gratis damnari hoc facere, sed hoc solum, ut vendat vero pretio.

§ 9.—Quodsi certo pretio sit damnatus facere, necesse habebit tanti vendere, quanti damnatus est.

50. [52.] IDEM libro XXIV. ad Sabinum.—Si servus plurius sit, pro domini portione legatum ei relictum acquirat.

§ 1.—Si hereditatis index contra heredem pronuntiaverit non agentem causam, vel lusorie (5) agentem, nihil hoc nocebit legatariis. Quid ergo, si per iniuriam fuerit pronuntiatum, non tamen provocavit (6)? Iniuria ei facta non nocebit legatariis, ut et Sabinus significat. Si tamen secundum substitutum pronuntiet, an ille legatariis teneatur, videamus; et quum ius facit haec pronuntiatum, quod attinet ad ipsius personam, numquid legatariis teneatur—nec enim tam improbe causari potest, secundum se iudicatum per gratiam—? Respondebit igitur et legatariis, ut creditoribus.

§ 2.—Si quis ante quaestionem de familia habitam adierit hereditatem, vel necem testatoris non defenderit, legatorum persecutio adversus fiscum locum habet. Quid tamen, si fisco bona non agnoscat? Ex necessitate redundabit onus legatorum ad heredem. Sed si subiecit delatorem sibi, ut ei hereditas adiudicaretur (7), et oneribus careret, vel minus plene defendit causam, non se exonerat, exemplum eius, qui collusorie de hereditate litigavit.

§ 3.—Si numerus numerorum legatus sit, neque apparet, quales sunt legati, ante omnia ipsius patrisfamilias consuetudo, deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est; sed et mens patrisfamilias, et legatarum dignitas, vel caritas, et necessitudo, item earum, quae praecedunt, vel quae sequuntur, summarum scripta sunt spectanda.

51. [53.] PAPINIANUS libro IV. Quaestionum.—

(1) potius, inserta la Vulg.
 (2) Br. considera trigesimo añadida por antiguos copistas, pero no Taur.
 (3) Iulianus quaerit, si, Hal.
 (4) Hal.; hoc solum, inserta el código Fl.

§ 5.—Pero si el testador me debió diez con fiador, la petición del fideicomiso le compete no solo al heredero, sino también al fiador, porque le interesa á éste más bien que se me pague, que no intentar, siendo él demandado, la acción de mandato, y no importa que sea ó no solvente.

§ 6.—Pregunta Juliano en el libro trigésimo noveno del Digesto, si cuando el fiador le hubiese legado al acreedor lo que le debiese, sería válido el legado; y dice, que ciertamente nada le interesa al acreedor, pero que el deudor tiene la acción derivada del testamento; porque le interesa á él mismo quedar libre, porque no podrá ser demandado por el heredero del fiador.

§ 7.—Pero si el mismo fiador hiciese el legado á Ticio, y encomendare á su fé que pague al acreedor, podrán ejercitar contra Ticio la acción por causa del fideicomiso, así el deudor, como el heredero del fiador, porque á ambos les importa que pague el legatario.

§ 8.—Pero conviene tener presente, que el que es condenado á vender un fundo, no es condenado á hacer esto gratuitamente, sino á esto solo, á que lo venda por su verdadero precio.

§ 9.—Pero si hubiera sido condenado á hacerlo por cierto precio, tendrá necesidad de venderlo por tanto en cuanto fué condenado.

50. [52.] EL MISMO; Comentarios á Sabino, libro XXIV.—Si el esclavo lo fuera de muchos, adquirirá á proporción del dominio el legado que se le dejó.

§ 1.—Si el juez de la herencia hubiere fallado contra el heredero que no defendía su causa, ó que la defendía ficticiamente, esto en nada les perjudicará á los legatarios. ¿Qué se dirá, pues, si se hubiere fallado con injusticia, pero no apeló? La injusticia á él hecha no les perjudicará á los legatarios, como también indica Sabino. Mas si fallara á favor del substituto, veamos si estará él obligado á los legatarios; y como este fallo causa derecho en cuanto atañe á la persona del mismo, ¿no estará acaso obligado á los legatarios,—porque no puede excusarse con tanta falta de probidad diciendo que por gracia se falló á su favor—? Responderá, pues, también á los legatarios, como á los acreedores.

§ 2.—Si uno hubiere adido la herencia antes de haberse aplicado el tormento á la familia, ó no hubiere vengado la muerte del testador, tiene lugar contra el fisco la persecución de los legados. ¿Pero qué se dirá, si el fisco no admitiese los bienes? Que por necesidad recaerá sobre el heredero la carga de los legados. Pero si se procuró un delator, para que se le adjudicase la herencia, y él estuviese exento de las cargas, ó si no defendió plenamente la causa, no se descarga á sí propio, á la manera que el que mediante colusión litigó sobre la herencia.

§ 3.—Si se hubiera legado un número de monedas, y no aparece cuales son las legadas, se ha de averiguar ante todo la costumbre del mismo padre de familia, y después la de la región en que vivió; pero también se ha de atender á la mente del padre de familia, y á la dignidad del legatario, ó al cariño, y al parentesco, y también á lo escrito respecto á las sumas que preceden ó que siguen.

51. [53.] PAPINIANO; Cuestiones, libro IV.—

(5) collusorie, las ed. citadas por Br. según el § 2. de este fr.
 (6) Br.; provocabit, escribe el código Fl. según costumbre.
 (7) Según nuestra enmienda; abindicetur, el código Fl.; ut eius hereditas adiudicaretur, Hal.

Sed si certos numos, veluti quos in arca habet (1), aut certam lancem legavit, non numerata pecunia, sed ipsa corpora numorum, vel rei legatae continentur, neque permutationem recipiunt, et exemplo cuiuslibet corporis aestimanda sunt.

52. [54.] PAULUS libro IV. ad Sabinum.—Si cui servi omnes cum peculio legati sint, etiam hi servi debentur, qui nullum peculium habent.

§ 1.—Si a filio impubere sub conditione legatum sit, et filius heres extitit, deinde mortuus est, potest dici, patremfamilias, qui a filio sub conditione legavit, a substituto pure repetiit (2), statim voluisse a substituto dari, si filius pendente conditione decessisset.

53. [55.] ULPIANUS libro XXV. ad Sabinum.—Quid ergo, si maiorem quantitatem a substituto reliquit? Quod excedit, hoc erit, quod a substituto relictum est; quod vero concurrens cum summa superioribus tabulis inscripta, inde debebitur.

§ 1.—Sed si repetierit legatum cum alio, forte fundum mihi legaverat ab impubere, repetiit hunc ab impuberis herede mihi et Seio, repetitio haec efficiet, ut pars mihi debeatur.

§ 2.—Si quis duos heredes scripserit, et damnaverit unumquemque solidam rem legatario praestare, idem est, atque si duobus testamentis legatum esset; nam et si mihi et filio, vel servo meo esset eodem testamento legatum, sine dubio valeret legatum utriusque, ut et Marcellus apud Iulianum adicit.

§ 3.—Si heres hominem legatum occidit ob facinus, hoc est merentem (3), sine dubio dicendum erit, eum ex testamento non teneri.

§ 4.—Sed si noxae dedit, an teneatur, quia potest redimere? Et puto teneri.

§ 5.—Sed si animal legatum occiderit, puto teneri, non ut carnem praestet, vel cetera *λεῖψανα* (4) [reliquias], sed ut praestet pretium, quanti esset, si viveret.

§ 6.—Item si aedes legatas ob damnum infectum possideri passus est, puto, eum teneri; debuit enim repromittere.

§ 7.—Sed si mortuum intulit, fecitque religiosum locum legatum, si quidem patremfamilias intulit, quum alio inferre non posset, vel tam opportune non haberet, ex testamento non tenebitur. An vero teneatur, ut pretium loci praestet? Et si quidem ipse paterfamilias illo inferri voluit, ex testamento non tenebitur; quodsi heres intulit suo arbitrio, debet praestare, si sit in hereditate, unde pretium praestetur; testator enim, qui legavit, vel alio inferri voluit, vel pretium loci legatario offerri.

§ 8.—Item si servum non ipse occidit, sed compulit ad maleficium, ut ab alio occideretur, vel

Pero si legó ciertas monedas, por ejemplo, las que tiene en la caja, ó legó cierto plato, se comprende, no dinero contante, sino las mismas monedas, ó la misma cosa legada, y estas no admiten permuta, y han de ser estimadas á la manera que otra cosa cualquiera.

52. [54.] PAULO; Comentarios á Sabino, libro IV.—Si á uno se le hubieran legado todos los esclavos con su peculio, se deberán también los esclavos que no tienen ningún peculio.

§ 1.—Si bajo condición se hubiera hecho un legado á cargo de un hijo impúbere, y el hijo quedó heredero, y murió después, se puede decir, que el padre de familia, que bajo condición hizo el legado á cargo del hijo, y lo repitió puramente á cargo del substituto, quiso que desde luego fuese dado por el substituto, si el hijo hubiese fallecido estando pendiente la condición.

53. [55.] ULPIANO; Comentarios á Sabino, libro XXV.—Luego ¿qué se dirá, si dejó mayor cantidad á cargo del substituto? Que lo que excede será lo que se dejó á cargo del substituto; porque lo que concurre con la suma inscrita en las anteriores tablas, se deberá en virtud de estas.

§ 1.—Pero si hubiere repetido el legado con otro, por ejemplo, si me había legado un fundo á cargo de un impúbere, y lo repitió para mí y para Seyo á cargo del heredero del impúbere, esta repetición hará que se me deba una parte.

§ 2.—Si alguien hubiere instituido dos herederos, y á cada uno lo hubiere condenado á entregarle toda la cosa al legatario, es lo mismo que si el legado hubiese sido hecho en dos testamentos; porque también si á mí y á mi hijo, ó á mi esclavo, se nos hubiese hecho el legado en el mismo testamento, sin duda sería válido el legado de uno y de otro, como añade también Marcelo en Juliano.

§ 3.—Si el heredero mató el esclavo legado por causa de un crimen, esto es, mereciéndolo, se habrá de decir, sin duda, que él no está obligado en virtud del testamento.

§ 4.—Pero si lo dió por noxa, ¿estará obligado, porque puede rescatarlo? Y opino que está obligado.

§ 5.—Mas si hubiere matado el animal legado, opino que queda obligado no á entregar la carne, ó los demás despojos, sino á entregar el precio, que tendría, si viviese.

§ 6.—Asimismo, si consintió que por causa de daño inminente fueran poseídas las casas legadas, opino, que queda obligado; porque debió prometer.

§ 7.—Pero si enterró un muerto, é hizo religioso el lugar legado, si verdaderamente enterró un padre de familia, no pudiendo enterrarlo en otra parte, ó no teniendo dónde tan oportunamente, no quedará obligado en virtud del testamento. Mas ¿quedará obligado á entregar el precio del lugar? Y si verdaderamente quiso el mismo padre de familia ser enterrado en él, no quedará obligado en virtud del testamento; pero si el heredero lo enterró por su propio arbitrio, deberá entregar, si la hubiera en la herencia, cosa con que se pague el precio; porque el testador, que lo legó, ó quiso ser enterrado en otra parte, ó que se ofreciera al legatario el precio del lugar.

§ 8.—Igualmente, si él mismo no mató al esclavo, pero lo compelió á un delito para que por otro

(1) habeo, Hal.

(2) Hal.; repetit, el códice Fl.

(3) hoc est merentem, omitelas Hal.

(4) *λεῖψανα*, omitela Hal.

supplicio afficeretur, aequissimum erit, pretium eum praestare; quodsi sua mala mente ad hoc processit, cessabit aestimatio.

§ 9.—Servus legatus, si ab hostibus captus sit sine dolo heredis, non praestabitur; si dolo, praestabitur.

54. [56.] POMPONIUS *libro VIII. ad Sabinum.*—Turpia legata, quae denotandi magis legatarii gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur.

§ 1.—Si Titiae legatum relictum est, si arbitratu Seii nupsisset, et vivo testatore Seius decessisset, et ea nupsisset, legatum ei deberi.

§ 2.—Sed et si servi mors impediisset manumissionem, quum tibi legatum esset, si eum manumisisses, nihilominus debetur tibi legatum, quia per te non stetit, quominus perveniat ad libertatem.

§ 3.—Si pars heredum nominata sit in legando, viriles partes heredes debent, si vero omnes, hereditarias.

55. [57.] IDEM *libro IX. ad Sabinum.*—Nemo potest in testamento suo cavere, ne leges in suo testamento locum habeant, quia nec tempore, aut loco, aut conditione finiri obligatio heredis legatorum nomine potest.

56. [58.] IDEM *libro XIV. ad Sabinum.*—Si legati servi nomine stipuletur legatarius, fugitivum eum non esse praestari, nihil veniet in eam stipulationem, quia qualis sit, talis ex testamento praestari debet; nec ullum in legato damnum facere intelligeretur.

57. [59.] ULPIANUS *libro XXXIII. ad Sabinum.*—Si res obligata per fideicommissum fuerit relicta, si quidem scit eam testator obligatam, ab herede luenda est, nisi si animo alio fuerit; si nesciat, a fideicommissario, nisi si vel hanc, vel aliam rem relicturus fuisset, si sciisset obligatam, vel potest aliquid esse superfluum exsoluto aere alieno. Quodsi testator eo animo fuit, ut, quamquam liberandorum praediorum onus ad heredes suos pertinere noluerit (1), non tamen aperte utique de his liberandis senserit, poterit fideicommissarius per doli exceptionem a creditoribus, qui hypothecaria (2) secum agerent, consequi, ut actiones sibi exhiberentur; quod quamquam suo tempore non fecerit, tamen per iurisdictionem Praesidis provinciae id ei praestabitur.

58. [60.] PAPINIANUS *libro IX. Responsorum.*—Domus hereditarias exustas et heredis numis exstructas ex causa fideicommissi post mortem heredis restituendas, viri boni arbitratu sumtuum rationibus deductis, et aedificiorum aetatibus examinatis (3), respondi,

fuese muerto, ó para que se le sujetase al suplicio, será muy justo, que él entregue el precio; pero si llegó á esto por su propia mala intención, no tendrá lugar la estimación.

§ 9.—El esclavo legado, si hubiera sido cogido por los enemigos sin dolo del heredero, no será pagado; pero si con dolo, será pagado.

54. [56.] POMPONIO; *Comentarios á Sabino, libro VIII.*—Los legados torpes, que se escriben más bien para difamar al legatario, se tienen por no escritos á causa del ódio del que los escribe.

§ 1.—Si á Ticia se le dejó un legado, si se hubiese casado conforme á la voluntad de Seyo, y Seyo hubiese fallecido viviendo el testador, y ella se hubiese casado, se le debe el legado.

§ 2.—Pero aun si la muerte del esclavo hubiese impedido la manumisión, cuando te hubiese sido legado, si lo hubieses manumitido, se te debe, sin embargo, el legado, porque en tí no consistió, que no llegase á la libertad.

§ 3.—Si al hacerse el legado hubiera sido nombrada parte de los herederos, deben los herederos porciones viriles, pero si todos, con arreglo á las de la herencia.

55. [57.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro IX.*—Nadie puede disponer en su testamento que las leyes no tengan aplicación en su testamento, porque la obligación del heredero respecto á los legados no se puede extinguir por el tiempo, ó por el lugar, ó por la condición.

56. [58.] EL MISMO; *Comentarios á Sabino, libro XIV.*—Si el legatario estipulase en nombre del esclavo legado, que se respondiese de que él no era fugitivo, nada se comprenderá en esta estipulación, porque se debe entregar en virtud del testamento tal cual sea; y no se entendería que hace daño alguno en el legado.

57. [59.] ULPIANO; *Comentarios á Sabino, libro XXXIII.*—Si por fideicomiso hubiere sido dejada una cosa obligada, si verdaderamente sabe el testador que estaba obligada, ha de ser desempeñada por el heredero, á no ser que lo hubiere hecho con otra intención; si no lo supiera, por el fideicomisario, á no ser que hubiese de haber dejado esta ú otra cosa, si hubiese sabido que estaba obligada, ó puede quedar algún remanente pagada la deuda. Pero si el testador tuvo esta intención, que, aunque no haya querido que pertenezca á sus propios herederos la carga de desempeñar los predios, no hubiere, sin embargo, expresado claramente que fueran ellos desempeñados, podrá el fideicomisario mediante la excepción de dolo conseguir de los acreedores, que ejercitasen contra él la acción hipotecaria, que se le cedan las acciones; lo que aun cuando no lo hubiere hecho en su tiempo, le será, sin embargo, concedido por la jurisdicción del Presidente de la provincia.

58. [60.] PAPINIANO; *Respuestas, libro IX.*—Respondí, que las casas de la herencia que se quemaron, y que se reedificaron con dinero del heredero, deben ser restituídas por causa de fideicomiso después de la muerte del heredero, deducidas las cuentas de los gastos á arbitrio de buen varón, y examinada la edad de los edificios,

(1) voluerit, *la Vulg.*

(2) *Taur. ad marginem*; hypothecariam, *en el texto.*

(3) *quantitatibus exstantibus aestimatis, otros en Hal.*

59. [61.] ULPIANUS libro XXXIII. ad Edictum.—(1) si modo nulla culpa eius incendium contigisset;

60. [62. V. 59. H.] IULIANUS (2) libro XXXIX. Digestorum.—quodsi nulla retentione (3) facta domum tradidisset, incerti conductio ei competet, quasi plus debito solverit.

61. [63. V. 60. H.] PAPINIUS libro IX. Responsorum.—Suntus autem in reficienda domu necessarios a legatario factos petenti ei legatum, cuius postea conditio extitit, non esse reputandos existimavi.

62. [64. V. 61. H.] PAULUS libro XLI. ad Edictum.—Si ancilla cum liberis legata sit, et ancilla sola, si non sint liberi, et liberi soli, si non sit ancilla, debentur.

63. [65. V. 62. H.] CELSUS libro XVII. Digestorum.—Si ancillas omnes, et quod ex his natum erit, testator legaverit, una mortua Servius partum eius negat deberi, quia accessionis loco legatus sit; quod falsum puto, et nec verbis, nec voluntati defuncti accommodata haec sententia est.

64. [66. V. 63. H.] GAIUS libro XV. ad Edictum provinciale.—Captoriae scripturae simili modo neque in hereditatibus, neque in legatis valent.

65. [67. V. 64. H.] IDEM libro I. de legatis ad Edictum Praetoris urbani (4).—Si ita legatum sit: «Seio servos decem do praeter eos decem, quos Titio legavi», si quidem decem tantum inveniantur in hereditate, inutile est legatum, si vero ampliores post eos, quos Titius elegit, in ceteris valet legatum, sed non in ampliores, quam decem, qui legati sunt; quodsi minus sunt, in tantos, quanti inveniantur.

§ 1.—«Illi, si volet, Stichum do», conditionale est legatum, et non aliter ad heredem transit, quam si legatarius voluerit, quamvis alias, quod sine adiectione, «si volet», legatum sit, ad heredem legatarii transmittitur; aliud est enim iuris, si quid tacite continetur, aliud si verbis exprimitur.

§ 2.—Si domus fuerit legata, licet particulatim ita refecta sit, ut nihil ex pristina materia supersit, tamen dicemus, utile manere legatum; at si ea domu destructa aliam eodem loco testator aedificaverit, dicemus, interire legatum, nisi aliud testatorem sensisse fuerit approbatum.

66. [68. V. 65. H.] IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.—Et si aequo pretio emere vel vendere iusserit heredem suum testator, adhuc utile legatum est. Quid enim, si legatarius, a quo emere fundum heres iussus est, quum ex necessitate eum fundum venderet, nullum inveniret emto-

59. [61.] ULPIANO; *Comentarios al Edicto, libro XXXIII.*—si es que el incendio hubiese acontecido sin culpa alguna de él;

60. [62. V. 59. H.] JULIANO; *Digesto, libro XXXIX.*—pero si hubiese entregado la casa no habiendo hecho niuguna retención, le competará la condicción de cosa incierta, como si hubiere pagado más de lo debido.

61. [63. V. 60. H.] PAPINIANO; *Respuestas, libro IX.*—Pero juzgué, que los gastos necesarios hechos por el legatario para restaurar la casa, no le han de ser puestos en cuenta al que pide el legado, cuya condición se cumplió después.

62. [64. V. 61. H.] PAULO; *Comentarios al Edicto, libro XLI.*—Si hubiera sido legada una esclava con sus hijos, se debe sola la esclava, si no tuviera hijos, y solos los hijos, si no existiera la esclava.

63. [65. V. 62. H.] CELSO; *Digesto, libro XVII.*—Si el testador hubiere legado todas las esclavas, y lo que de ellas hubiere nacido, dice Servio, que, muerta una, no se debe su parto, porque fué legado en calidad de accesión; lo que creo que es falso, y que esta opinión no está ajustada ni á las palabras, ni á la voluntad del difunto.

64. [66. V. 63. H.] GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XV.*—Las escrituras en que se capta, no son válidas de igual modo ni en las herencias, ni en los legados.

65. [67. V. 64. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto del Pretor urbano, libro I. de los legados.*—Si se hubiera legado así: «doy á Seyo diez esclavos además de los diez, que le legué á Ticio», si verdaderamente en la herencia se encontrasen solo diez, es inútil el legado, pero si más después de los que eligió Ticio, es válido el legado en cuanto á los demás, pero no por más que los diez, que se legaron; pero si hay menos, por tantos cuantos se hallen.

§ 1.—«Le doy Stico á aquel, si lo quisiese», es un legado condicional, y no pasa al heredero de otro modo, que si hubiere querido el legatario, aunque si el legado se hubiera hecho de otra suerte, sin la adición, «si quisiese», se transmite al heredero del legatario; porque diferente derecho es, si algo se contiene tácitamente, y otra cosa se expresa con las palabras.

§ 2.—Si se hubiera legado una casa, aunque por partes haya sido restaurada, de modo, que nada quede de sus primitivos materiales, diremos, sin embargo, que el legado subsiste válido; mas si, destruida aquella casa, el testador hubiere edificado otra en el mismo lugar, diremos, que fenece el legado, si no se hubiere probado que el testador quiso otra cosa.

66. [68. V. 65. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—Y si el testador hubiere mandado que su heredero comprase ó vendiese una cosa por su justo precio, también es útil el legado. Porque ¿qué diremos, si el legatario de quien se mandó que el heredero comprase un fun-

(1) Hal. una este fragmento al anterior de este modo: respondi Ulpiano, si modo.

(2) Ulpianus, Hal.

(3) Taur. según la escritura original; ratióne, corrección del códice Fl., Br.; annonae, insertan los cód. citados por Br.

(4) El códice Fl., Br.; urbani, omitela Taur.

rem? vel ex diverso, quid, si legatarii magni interesset, eum fundum emere, nec aliter heres venditurus esset, quam si testator iussisset?

67. [69. V. 66. H.] IDEM libro I. (1) de legatis ad Edictum Praetoris.—Servus uni ex heredibus legatus si quid in hereditate malitiose fecisse dicatur, forte rationes interlevisse, non aliter adiudicandus est, quam (2) ex eo volentibus coheredibus quaestio habeatur; idem est, et si extraneo fuerit legatus.

§ 1.—Si ex pluribus heredibus ex disparibus partibus institutis, duobus eadem res legata sit, heredes non pro hereditaria portione, sed pro virili id legatum habere debent (3).

68. [70. V. 67. H.] IDEM libro XVIII. ad Edictum provinciale.—Si post mortem patris filio legatur, dubium non est, quin mortuo patre ad filium pertineat legatum, nec intersit, an patri heres extiterit, nec ne.

§ 1.—Sed si servo post mortem domini relictum legatum est, si quidem in ea causa durabit, ad heredem domini pertineat usque (4) adeo, ut idem iuris sit ((5), et si testamento domini liber esse iussus fuerit; ante enim cedit dies legati, quam aliquis heres domino existat; quo fit, ut hereditati acquisitum legatum postea herede aliquo existente ad eum pertineat, praeterquam si suus heres aliquis aut necessarius domino ex eo testamento factus erit; tunc enim, quia in unum concurrat (6), ut et heres existat, et dies legati cedat, probabilius dicitur, ad ipsum potius, cui relictum est, pertinere legatum, quam ad heredem eius, a quo libertatem consequitur.

§ 2.—Si pure legatus servus sub conditione liber esse iussus fuerit, sub contraria conditione valet legatum; et ideo existente conditione legatum perimitur, deficiente ad legatarium pertinebit; et ideo, si pendente conditione libertatis legatarius decesserit, posteaque defecerit conditio libertatis, ad heredem legatarii non pertinet legatum.

§ 3.—Quodsi idem pure legatus sit, et ex die liber esse iussus erit, omnimodo inutile legatum est, quia diem venturam certum est; ita Iulianus quoque sensit. Unde ait: si servus Titio legatus sit, et idem post mortem Titii liber esse iussus fuerit, inutile legatum est, quia moriturum Titium certum est.

69. [71. V. 68. H.] IDEM libro II. de legatis ad Edictum Praetoris.—Servo legato legari posse receptum est, quod adita hereditate statim servus acquiritur legatario, deinde sequetur legatum.

(1) *Taur.*; libromo, por libro primo, el código *Fl.*, *Br.*
 (2) *ut, inserta la Vulg.*
 (3) *possunt por debent, Hal.*
 (4) *idque, Hal.*

do, no encontrase ningún comprador, cuando por necesidad vendiese este fundo? O por el contrario, ¿qué diremos, si al legatario le interesase mucho comprar este fundo, y el heredero no hubiese de venderlo, sino si el testador lo hubiese mandado?

67. [69. V. 66. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto del Pretor, libro I. de los legados.*—Si se dijera que el esclavo legado a uno solo de los herederos hizo maliciosamente alguna cosa en la herencia, acaso que borró las cuentas, no ha de ser adjudicado de otra suerte, sino si, queriéndolo los coherederos, fuese sometido al tormento; y lo mismo es también si hubiere sido legado a un extraño.

§ 1.—Si una misma cosa hubiera sido legada a dos de varios herederos instituidos en diversas partes, los herederos deben tener este legado, no a proporción de su parte en la herencia, sino por partes viriles.

68. [70. V. 67. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVIII.*—Si al hijo se le legara para después de la muerte del padre, no hay duda, de que muerto el padre le pertenezca al hijo el legado, y no importa que haya sido ó no heredero del padre.

§ 1.—Pero si a un esclavo se le dejó un legado para después de la muerte de su señor, si verdaderamente permaneciere en esta misma condición, pertenézcale al heredero del señor, de tal manera, que haya el mismo derecho también si en el testamento del señor se hubiere mandado que fuese libre; porque corre el término del legado antes que alguien sea heredero del señor; de lo cual resulta, que el legado adquirido para la herencia, siendo alguien heredero, le pertenece después a este, salvo si alguien se hubiere hecho en virtud de este testamento heredero suyo ó necesario del señor; porque entonces, como concurre al mismo tiempo que haya heredero, y que corra el término del legado, se dice más ciertamente que el legado pertenece más bien al mismo a quien se le dejó, que al heredero de aquel de quien se consigue la libertad.

§ 2.—Si se hubiere mandado que el esclavo legado puramente fuese libre bajo condición, es válido el legado bajo la condición contraria; y por lo tanto, cumpliéndose la condición se extingue el legado, y faltando, le pertenecerá al legatario; y por esto, si pendiente la condición de la libertad hubiere fallecido el legatario, y después faltare la condición de la libertad, el legado no le pertenece al heredero del legatario.

§ 3.—Pero si el mismo hubiera sido legado puramente, y se hubiere mandado que fuere libre desde cierto día, es de todos modos inútil el legado, porque es cierto que había de llegar el día; y así opinó también Juliano. Por lo cual dice: si a Ticio se le hubiera legado un esclavo, y se hubiere mandado que él mismo fuese libre después de la muerte de Ticio, el legado es inútil, porque es cierto que Ticio ha de morir.

69. [71. V. 68. H.] EL MISMO; *Comentarios al Edicto del Pretor, libro II. de los legados.*—Está admitido que se le pueda legar a un esclavo legado, porque, adida la herencia, inmediatamente se adquiere el esclavo para el legatario, y después seguirá el legado.

(5) *Hal.*; est, el código *Fl.*
 (6) *concurrunt, la Vulg.*